

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Breviarium hominis christiani - Cod. Ettenheim-Münster 79

[S.l.], [18. Jahrh.]

Caput 45 [XLV.]

[urn:nbn:de:bsz:31-108661](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108661)

3. Sponsus itaq; tuus, & anima mea est pulcherrimus,
 cant. 5. quia est candidus et rubicundus selectus ex millibus.
 collos. 4. Est suavissimus, quia eius dulcedo exsuperat omne
 sensum. Est sapientissimus, in eo quippe sunt om-
 nes thesauri sapientie et scientie absconditi. Est
 ps. 73. nobilissimus, quia est Dei filius; Est altissimus;
 ps. 713. quia super coelos gloria eius. Est ditissimus, ip-
 sius namq; est orbis terrarum, et plenitudo eius. Est
 Jac. 2. liberalissimus; dat enim omnibus affluenter, et non
 improsperat, imo se totum tradit tibi, ut cor tuum
 prebeas illi. O dulcissime Sponse anima mea non
 tantum cor meum, sed et totum corpus, sed et anima
 et omnia mea; accipe me totum; totus enim tuus esse
 cupio, cum totus meus esse velis. Ah appone cor meum
 dulcissimo cordi tuo, ut ab eo incalescat, et totum
 amore tui ardeat, ac de solo spiritu tuo vivat.

Caput 45^{um}
 Aspiraciones ad Deum tanquam
 fratrem nostrum.

Christe Jesu non solum es sponsus meus, sed
 etiam frater, quandoquidem nos fratres tuos, nuncu-
 pare dignatus es, inquit Magdalena: vade ad fra-
 Joan. 20. tres meos et dic eis: ascendo ad Patrem meum et
 patrem vestrum. Non confunditur, inquit apostolus
 Heb. 7. fratres eos vocare dicens: nuntiabo nomen tuum fra-
 tribus meis; et hinc est quod ab eodem apostolo vo-
 Rom. ceris: primogenitus in multis fratribus. Ah quis
 cant. 6. v. j. michi det te fratrem meum sugentem ubera matris
 mea, ut inveniam te foris, et deoscular te! Quis
 nempe michi praelet hoc beneficium, ut non amplius
 per vices solum et intervalla, sed continuè et sine
 intermissione michi adhaereas more fratris germani,
 et adhuc parvuli, qui sugit ubera matris, ut te foris
 nimirum à mundi huius curis, et voluptatibus, per-

petus ac ubiq; mihi presentem invenia, et deosculer
 te, tibiq; blandiar instar sororis dissuadentis fra-
 terculum suum. Ah veni dilecte mi, osculare
 me osculo oris tui; tibi enim dixit cor meum: ex-
 quisivit te facies mea; faciem tuam Domine re-
 quiram. cant. 1.
ps. 77.

O Deus cordis mei, quam dulcis est haec vox tua in
 auribus meis: vulnerasti cor meum soror mea: haec enim cant. 4.
 verba me specialiter tangunt, si te verè diligam, tibiq;
 unice adhaeream, ac mihi super omnia cura et cordi sit,
 ubi in cunctis tuam sanctam faciam voluntatem; aiserim
 qui fecerit voluntate Dei, hic frater meus et soror
 mea est. Et certè in hac voluntate Dei adimplenda
 tota fraternitatis huius perfectio ac felicitas consistit;
 parum enim proderit mihi, si tu o mi Deus mihi as-
 similis per identitatem naturae humanae, et ego tibi
 discorder per difformitatem voluntatis meae. Dignaris
 quidem frater noster esse, et ut frater nos impensè
 diligis; sed etiam vis, ut te tanquam sumè amabile
 fratrem nostrum vicissim sumopere amemus et voluntate
 nostram tuae omnino conformemus. O anima mea arripe
 sagittas amoris, et vulneres cor illius, qui cupit amore
 tui sauciari. Ruc in illius amplexus et oscula ac
 votum te illi consecra.

O quanta consolatio anima aliquin egens et infirma,
 quaeq; multis premitur necessitatibus, dum recogitat se
 habere Christum Dominum regem regum, et Dominum
 dominantium pro fratre suo; quid enim tali animae ad
 felicitatem deesse potest, cum tam opulentum, tam po-
 tentem, ac tam fidelem fratrem habeat, à quo longè
 magis diligitur, quam ullus frater à fratre suo;
 Quis namq; frater pro fratre suo unquam mori voluit?
 Imo an non saepe contingit, ut frater fratre neci tradat,

At vero Christus Dominus pro fratribus suis semet
 7. Reg. i. ipsum tradidit in mortem. Ah doleo super te frater
 mi decore nimis et amabilis super amorem inulterum.
 Doleo super te, quod te videam tanta pati pro me.
 Ecce pro me mori, et acerbis corporis plagas propter me
 suscipere voluisti! et quid aliud in vicem à me expectas,
 quam ut suavia amoris vulnera à me recipias; iam
 te igitur o dilecte votorum meorum, tantoq; amplius
 te diligere volo et debeo, quò magis per te crevit erga
 me æterni patris tui amor, quo amore æternæ gloriæ
 tibi coheres effectus sum.

346^{um}
 Aspiraciones ad Deum tan =
 quam amicum.

i Sicut sume exultaret mancipium si admitteretur in
 amicitiam sui principis, sic non minor, imò longe ma-
 gis adeo quidem ut quo major mea debet esse lætitia, dum o benignissime Deus
 ego tibi familiarior tua amicitia me participem facis, et amici nomine me com-
 eo tibi acceptior. reddare dignaris. Quis ego, ut Dei amicus nominer et sim?
 Prohi sepe repudiat
 homo hõis sociæ Unde mihi tanta gratia? unde tam stupendus favor? ut
 talem obambit crea- liceat mihi tecum inire amicitiam, imò intimam familia-
 ritatem! clamat enim scriptura: appropinqua te Deus, et
 4. appropinquabit tibi. O dulcissime Deus, quid quaeso,
 acceptius mihi coenire potest quam ut ^{tu} sume maiestatis
 Dominus appropinques mihi, et ego vilis terra vermiculus
 appropinquã tibi, et sicut amicus amicum te alloqui,
 tuisq; amplexibus tui mercear, quies tam amabilis,
 tam desiderabilis, tam nobilis, tam suavis, tam de-
 lectabilis; non enim habet amaritudinem conversatio
 tua, nec fadium convictus tuus, sed lætitiã, sed gau-
 dium, sed dulcedinem. gustate, o interiora cordis mei
gustate et videte quoniam suavis est Dominus. Bea-
 tus vir, qui ei adherere concupiscit.